



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Affinitas. n. 340.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Sponsalibus & Matrim. Ubi habetur, quod sequitur, Jubente Sanctissimo Domino notio propositum fuit in sacra Congregatione Concilij, an sponsalibus valide initio contractis deinde mutato consensu dissolutis sit sublatum impedimentum justitiæ publicæ honestatis, & dubio pluries proposito & mature examinato, tandem sub die 6. Jul. 1658. Eminentissimi Patres in antiqua ejusdem Congregationis sententia consentientes censuerunt, non esse sublatum. Quam conclusionem postmodum Summus Pont. 10. ejusdem Mensis approbavit, eamque jure in dubium deinceps non revocari.

Affinitas.

CONFERENTIA. XXXV.

Magnus Pater duorum filiorum, Maximi & Maximini, duxit in uxorem Maximillam matrem duarum filiarum, Maxentiæ & Maximianæ, Et ut bona omnia Maximillæ non parva venirent ad domum Magni, persuasit Magnus Maximo ducere in uxorem Maxentiam, & similiter Maximino contrahere cum Maximiana. Quæritur ergo, an duo posteriora Matrimonia Maximi dum Maxentia, & Maximini cum Maxenciana fuerint valida? Ratio dubitandi est, quia tales solent se invicem appellare Affines.

RESOLUTIO est Affirmativa ; Ratio est clara